

bilia optare delirantis est, atque inter
 corporis & animi decorem antiqua lis
 vertitur: scimus quia formosis pudici-
 tiam seruare & si libeat, vix licet, tantus
 ardor libidinum, tanta corruptelarum
 circumstat ambitio. Omitto foemineam
 pulchritudinem, propter quàm præcipi-
 tes Rerumpubl. mutationes contigisse
 compertum est. Propter quam potentis-
 sima olim Regna & validissime vrbes cor-
 ruerunt. Ista virilis forma, quæ nullius
 periculi videtur, quot ne dicam volentes,
 quorum est innumerabilis multitudo,
 sed nolentes interdum & negantes, ad
 potentiorum thalamos, magno capitis ac
 famæ discrimine protulit, & mox vel of-
 fenforum sæuitiæ maritorum vel publi-
 cis iudiciis deprehensos obiecit? Inunc
 & lactea atque aurea filij ceruice gloria-
 re, quàm vltori gladio præbiturus est, qui
 deformis in lectulo suo forsan moritu-
 rus naturalem vitæ cursum in pace pere-
 gisset. Iam quibus illos verbis irrideam,
 qui nihil nisi dierum longitudinem & vi-
 tæ spatium precantur? cum sit primum
 summa dementia, in tantis angustiis spa-
 ciosam aliquid sperare: deinde viuacitas
 hæc, quam contingere permissum est ho-
 mini

mini